Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36553
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



76

sunt ista omia quæ sustines; Non igitur murmures. non plas
phemes. non dicas quare sustineo mala. sed magis dic peccaui. ut
eram dignus non recipio; Aequale uindicta mi peccati mei non
sensero. minus me percussum quam merebar agnosco. Iuxta mo-
dum criminis. minor est retributio ultionis. Secdm meritum
peccatorum. dispar est causa pœnarum. Non sunt tanta suppli-
cia. quanta extiterunt peccata; Qui enim in flagellis murmurat
dm contra se plus irritat. furorem dmi amplius prouocat. iram di
indignantis plus sibi exaggerat; Qui u ad uersa patienter tolerat.
dm citius placat; Si enim uis purgari. in pœna te acusa. et di iustitiam
lauda; Ad purgationem tuam proficit sita quæ pateris. ad iustitiam
di retuleris. Si pro inrogata miseria. humilis dm glorificaueris;
Corripit enim te ds flagello pie castigationis te arguens. exercens inte
disciplinam; Et qui parcendo te ad se reuocat. feriendo clamat ut re-
deas; Cogita homo quos libet mundi cruciatus. intende animo asscuq;
scti pœnas. quoscuq; tormentorum dolores. quascuq; dolorum acer-
bitates; Conpara hoc totum gehennæ. et leue est omne qd pateris;
Si times illa pœnas time; Istæ enim temporales sunt. illæ æternæ sunt;
Istæ finem habent. illæ u sine fine; In istis moriendo tormenta recedunt.
in illis moriendo æternis dolor succedit; Si enim conuersus fueris. emen-
dato est qd pateris; Conuersos nanq; flagella. a peccatis absoluunt. Con-
uerso instantes plagæ. ad purgationem proficiunt; Qui enim hic castigat
corrigitur. illic liberatur; Qui u nec sub flagello corrigunt et temporali
pœna et æterna dampnantur. et in hoc iudicantur prius scto. et illuc
denuo in futuro; His dupler dampnatio est. gemina his percussio est.
quia et hic habent initium tormentorum. et illic perfectionem pœna-
rum. Scito autem homo nullum tibi aduersari potuisse. nisi ds potesta-
tem dedisset. nec habuisset inte potestatem aduersarius nisi pmitteret.
ds; Vniuersa quæ tibi accidunt. absq; di non ueniunt uoluntate;
Iniquorum potestas suprte. ex di datur licentia; Qui tibi aduersant.
di consilium faciunt; Manus di te ad pœnam tradidit. indignatio di
te affligere iussit; Ipse iratus. iussit te mala omia experiri; Nam et
quod corporis debilitatibus frangeris. quod carnis morbis afficeris